

pervenerint, salutem et ^{w)}) apostolicam benedictionem. Ex iniuncto nobis ex alto pastoralis ^{x)}) officio angimur ^{y)}) et tenemur animarum saluti prospicere circa corrigendos quorumcunque maxime exorbitantium a fide — sine qua nemo proficit ad salutem — excessus, et ad ea, que tranquillitatem et pacem ac statum prosperum et deo gratum Christi fidelium ^{z)}) deo devotorum respicere dinoscuntur, tanto libencius favoris apostolici presidium impertiri debemus, quanto ex eorum quiete altissimo famulatus devocior ^{aa)}) exhibetur. Sane nuper accepimus, quod in vestris civitatibus et dioc(esibus) sunt nonnullae persone pauperes utriusque sexus, que humiliter et honeste in paupertate ^{bb)}) et castitate vivunt, ecclesias devote frequentant, Romane ecclesie eorumque prelati et curati reverenter obediunt, nullis erroribus se involvendo, sed intime caritatis amore sibi invicem serviendo, ac ^{cc)}) desiderantes quam plurimum et simul ac invicem in humilitatis spiritu altissimo famulari. Quare pro parte huiusmodi pauperum predictarum vestrarum civitatum et dioc(esium) nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsis, <ut> ^{dd)}) serviendo in paupertate et castitate ac aliis virtutibus libere conversari ac deo laudabiliter deservire valeant, concedere de benignitate apostolica dignaremur. Quia igitur de vita et conversacione ac statu ipsorum pauperum certam noticiam non habemus, fraternitati vestre — de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinemus — per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vestrum singuli in vestris civitatibus et dioc(esibus) de huiusmodi pauperibus utriusque sexus ibidem commorantibus et de ipsorum vita et conversacione et statu et an aliquos errores in fide catholica teneant diligenter inquiratis, nosque ^{ee)}) plenarie informetis, et quos culpabiles reppereritis corrigatis et puniatis iuxta canonicas sanctiones, illos autem, quos innocentes reppereritis, foveatis ac ^{ff)}), ut deo invicem serviendo in paupertate et castitate ceterisque virtutibus libere conversari ac Christo laudabiliter deservire valeant, auctoritate apostolica licenciam concedatis, contradictores ^{gg)}) per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo; non obstante ^{hh)}), si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non

^{w)}) etc. *statt* et apost. ben. V1.2 ^{x)}) *pastoratus* S ^{y)}) *cogimur* S ^{z)}) *filium* V2; *korr. aus* *filium* V1. ^{aa)}) *devocius* WS ^{bb)}) *Glosse: in paupertate, castitate* W (= *Heinrich von Sachsen*) ^{cc)}) et V2, ac *desiderant* V1 ^{dd)}) *Konjektur Schmidts. Hier ist sicherlich schon das Original verderbt; zu ergänzen vielleicht sogar noch sibi invicem (wie vier Zeilen zuvor) oder deo invicem (wie elf Zeilen später)* ^{ee)}) *vosque* V1 ^{ff)}) et in *statt* ac, ut V2 ^{gg)}) *contradictorum* etc. *statt* *contrad.* — *compescendo* V1 ^{hh)}) *obstantibus* V2; *obstan mit Kürzungsstrich* V1